Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



ac conualuit. et massa carnea quasi oño disparuit. tes. mr. Alter manibus et pedibus a genitura sua contractus. se mouere non poterat. ad tumbam votiue allatus. stati multis cernentibus sanatus fuit. tes. mr. habet contes. ij. eodem loco examinatos

Claudi et corpore viciati sanati numero xxxiij.

Infantula adeo corpore viciata erat. q timebat quando ad annos nubiles peruenire prolem perere non posset. votiue ad tumbam deducta corporis vicium disparuit. et cum marito suo coniuncta iam decem ples habuit. testis ipsa. Adolescentula ex quadam pustula que ei in iunctura genu dextri pedis creuerat curua facta ac in egritudinis lecto claudicans. cui nullo medicamine iuuari poterat. sed ab omnibus perpetuo claudicatura putabat. emisso per parentes voto stati erecto pede claudo sana votum vnacum parentibus persoluit. Testis mr. contes. i. eodem loco examinatus. Mulier pedibus contracta ita q in tribus ebdomadis lauare non poterat. quadam nocte visio ei in somnis apparuit persuadens vt se ad tumbam beati leopoldi deuoueret. voto emisso stati dolor mitigatus et sanitati restituta fuit. tes. ipsa. Alia in itinere vehementes dolores genu dextri pedis incidens ita vt in terram prostrata amplius transire non potuit. voto emisso statim restituta fuit. et votum columnis compleuit. testis ipsa. Altera e somno excitata grauem infirmitatem dextri pedis sensit. vnde tam debilitata fuit q altero mane e lecto surgere nequiuit. voto emisso stati melius habuit. cumq votum impleret conaret. alius intensius in pede sinistro dolor ipsam in itinere mouasit. ita q ad terram declinata amplius pgredi non poterat. beato leopoldo iterum inuocato. notabilem doloris alleuiamen sensit. et voto cpleto vtriusq pedis sanitatem recepit. et nil amplius doloris sensit. tes. ipsa. Alia vehementi dolore in dextro pede grauata. ita q per iiij. ebdomadas cum nullomo leuare poterat. nulla medela adiuta. ad tumbam votue adducta stati melius habuit et sanata fuit. tes. ipsa.